



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita, Et Gestis S. Francisci Xaverii È Societate Iesv
Indiarvm Apostoli Libri Qvatvor**

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1666

63. Prædicatio Xau.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10854

anctus, & inniolabilis : vias præterea discursu hominū frequentes, & portū aditus, & colles prospicuos, & vacua littora cōsacrabat, muniebatque crucibus quas prætereruchentes nautæ salutarent, & piam aliquam ex iis susciperent cogitationem : porro quas dixi ædes sacræ, haud semper in paupere ac rudi natalis sui iacebant egestate ; aucta numero, & religione fidelium pietas, reformabat illas, & decorabat identidem, & æmulo ambitu certabant populi, cuiusnam sacra ædes maximè splendoreret, eamque curam à communitatum Rectoribus exigebant. Vt enim nihilominus, vrbane an rusticè vestirentur, par vbiique illas & eadem Christianorum fides & pietas, magnifice ornabat. Illic quotidie adesse, statas horas precando, canendo, repetendis fidei dogmatis obire : illic angustiis priuatis & publicis, diuinam opem implorare ; illic suos ægrotos deponere, vnde saepius redibant sani, eratque id adēd perugatum, vt venerarentur illas etiam ethnici, & h̄c propensius quod ex iis unus fidei odio, & communitatis probro, violatam eius Ecclesiam, pauendi exempli interitu huit : Neque illuc solum ædificabat templo S. Pater vbi nouam fundaret Christianitatem, sed quamcumque applicuisset insulam, aut portum, extemporaneum in tractu littoris extruebat templum, vel de ramalibus, & cortinis ; vel de nauis ipsis velo, palis aut arboribus quatuor, in modum tentorij explicato, quod nautas, vectores, mercatores caperet ad sacra obeunda, audiendumque Dei verbum.

In cuius dispensatione, altera versabatur caritatis eius exquisita industria, sibi enim statuto in dicendi regulam auditore, vt in vicis aut vrbibus, Christianis veteribus aut nouis concionabatur ; ita se illorum at temperabat conditionibus, vbiique tamen & apud omnes Deum spirans, & ignem quo astuabat interius, vultu prodens. Fuit cum tot millibus Indorum obliteretur ad audiendum vt cogeretur arbores habere pulpitis, quo videri ab omnibus, & audiri posset : felicitatem beatorum, & damnatorum æternos cruciatus (quod unum ferme tractabat argumentum) cepræsentabat imaginibus tam viuis, vt cum desisset, concurrent ad eam Barbari cum fletu, stringerentque amplexibus, vocifrantes, magnum esse, ac verum Christianorum Deum, imo & conciones identidem, ipso quoque hortante, interpellarent contestatione, qua sublati, & in erucem ad peccatus reductis brachiis, affirmabant se Christo credere, exscreabant i lolatriam, & idola, spondebant se vitæ potius quam diuini amoris, & fidei iacturam passuros. Nec silendum putarim, sermone vt confusse, iis quos alloqueretur accommodo ; rudi, barbaro, pedestri culto, prout esset auditor qui adstebat, sic vt mancipia & indigenas docens, qui ex vī cum Lusitanis perpetuo, illorum vocabula in nativam linguam ineptè, ac perperam detorquent, easdem cum ipsis usurparet voces, eodemque efficeret sono, tum vt perciperetur ab iis certus, tum vt iis esset velut unus ex iis acceptior, quod ei tam bellè ex animi sententia processit, vt usque ab Iaponia socios in India moneret, diversitati auditorum sermonem quoque varie aptarent. Pridem vero edocetus

63
Prædicatio
xau,

edoctus verbis Dei sementem nunquam ab se mitti euanidam, sed semper aliquo excipi, boni cordis, & optimi solo: nullum opportune importunè labi tempus sinebat eius facienda; in nauibus ad malum; in urbibus, ad forum; in vicis ad compita, vbi cumque vidisset otiosam coronam, insinuabat se, sua illa iucunda, & mīti comitata, interrogatosque qui sunt hi sermones quos conferis at inuicem? ex caducis que tractarent, & triuialibus, ad salutaria & diuina tollebat; in illis denique veritatis Euangelicæ æternis fundamentis tantum reponet, ut profecitionem in Sinas suam crederet fructuosam, (tametsi quod illi omnes occinebant,) primo statim appulsi coniiciendus esset in vincula: versabat jam animo, Socios carcere, de Christo dicentem habiturum se illic auditores; eorum aliquem, iure, aut casu inde lapsum, vulgaturum facile quæ audiret nota; accusuros ad ea audienda, & exploranda literatos, pruritu nimis curiosissimo quo laborant religionum externarum, eoque præcipue tempore, quo summus Imperator, indagatores sectarum variarunt quaque versum misisset; per hos tandem fortassis agnitionem veri Dei, Pachinense n aulam, Regisque aures subituram. Sic ille futura digerebat. Verum de ratione prædicandi, cui illigatus est quotidiana quoque vita ordo mirabilis, recitandum est testimonium Ioannis Arriagæ, qui cum illo Goam ex Lusitania nauigauit; vixit cum eodem Meliapore & Malacæ, amicus in paucis, vtque se nominat, familiaris eius discipulus, [hac, inquit, serie labores suos frugiferos P. Xauerius in Comorino promontorio contexebat. Exploris sub lucem canonicas precibus, iubebat unum ex pueris crucem sibi præferre; percurrebat cum eo viros, requiritans, ecquis vbiuis illic infra sacro Baptismate, ecquis confessione lustrandus ægrotus, & cui mortuo parentandum? vbi quid istorum occurrit, sursum manus, & oculos tollens, magna voce, ac velut concionibundas, fidei Symbolum, & decalogi præcepta recitabat, coactoque ad vocem populo tingebat, aures dabat confitentibus, ægrotis, & iis alleuandis Euangeliū legebat; denique mortuos efferebat, inuabatque illos apud Domum preceptione benè longa, erat hic ipsi ad usque meridiem seruando; inter quas unus ex eius discipulis aliquis collectos pueros sacris imbusbat rudimentis; quos ille ex publico festu, iterato labore examinabat de penso discendi, quid quisque in eo profecisset: post hæc tantisper interquiescere hoc est recipere halitum orando, tum refecto modice corpore, personam illico mutare & iudex effectus controverharum, litigantes inter se amica pace componere; sub serum diei, primisque sub inde tenebris, incolarum captare circulos, & in eum qui esset frequentior se se immittere, verbaque ad illos improuifus de Deo facere, si quem autem è suis neophytis vexaret Lusitanus, aut ethnicus defensor vehementer obstat vexantibus, & ab neophytorum libertate, bonisque iniuriis propulsare: festis diebus populum vniuersum in templum vocare, at si yetarent templi angustia, sub capax ramale, vbi ex edito ad eos concionabatur, & Malabarico illorum sermone mysteria fidei exponebat;

Exculo

Excuso his studiis oppido, pergebat ad aliud, pedes semper, plerumque nudipes; nec si quando per pessimationibus, vel immoda fatigacione ægrotasset, aliam volebat medicinam præter libri alicuius p[ro]ij lectionem.]

Huc v[er]ique Ariaga, fuit alia eius solertia, vt quod voce nequibat, stylo pertingeret; vbi per se, absens concessionari non poterat, id per alios præstaret. Eam in rem multas elucubravit Institutiones Christianæ fidei, ac vita; breuius, fusius, pro conditione vel nouitiorum vel prouectiorum, sua quamque regionis erudienda lingua, easque magistris quos sibi substituisset in cura populi tradidit: eæ per hebdomadam saepius, tamdiu publicè legebantur, dum iterandi celeritate, hærerent audientibus, tenerentque illarum nunquam oblitterandam memoriam: in iis pueri discebant legere, quibus ad hoc ipsum, opusculum edidit lingua Indorum maxime vulgari. Earum aliquæ institutionum præsertim una copiosius diffusa, complectebatur decem capitibus, ab Adami lapsu, ad Apostolum prædicationem, quæ essent memoratu dignissima, interiectis ad mores egregiis documentis, hanc vt Indis illis agrestibus veniret gravior, & facilius disceretur, rhythmis considerat poëticis, quo factum vt ab iis deinceps cum voluptate cantaretur. Experimento enim compererat ad eradicandam plebem quantum int̄eresset, Sacras preces, & fidei arcana in cantus simplices redigi, sic ab neophytis cantiones abstulit quibus ante Baptismum assuerant, factumque sensim, vt totus Malabar, & Piscaria tractus maritimus, & sylva Molucenses (quod ip[s]i qui audierant testantur) nocturnis diurnisque cantibus barbarorum sonarent, virorum, mulierum, puerorum, domi foris, in agris, in nauibus, in p[re]fatione, *Pater, Ave, Credo, Decalogum, mysteria fidei alacritate mira canentium,* non sine pudore salutari Christianorum veterum ex Europa, quæ S. Pater suo quibusque nephytis idiomate, rhythmis idoneis dictarat, atque has indiscriminatim vniuersorum bono Xauerij caritas, artes adhibuit.

Perculiares sunt alia magisque insignes, quarum primaria h[ab]et fuit, vt præcipios conatus verteret, ad subiiciendos Regi regum ethnicos principes, tum quod esset Christo gloriosum vertices coronatos, & mundi Dominos, vltro eius pedibus aduoluti; tum quod in regibus regna illorum integra; in dynastis totas crucis imperio, illorum prouincias manciparet. Qua excelitate capacis animi vit sanctus, Maurum Trauancoris, ethnicos duos Zeilani reges, Piscavia Satrapas, Saxum, Amanguccij, & Bungi reges aggreditus est, & Euangelij machinis valide impugnauit, tentauit & Voum, magnum illum Meaci principem quamuis autem extra spem fermè esset, belluinat illam principum tum Maurorum tum ethnorum licentiam circumscribere lineis Christiani pudoris, cum domi centum, foris quot immanis libido suassisset, vxores alerent, hand tamen commisit diuina bonitas, scutu sui contentiones aduersus hanc pestem exire cassas atque inutiles, duas enim principis sorores, & Cacilis Aetij Moluci Regis duos ex fratre filiolos, baptizauit; & cordatum illam sapientemque Mauram Neachilen, Regum Tidoren[s]is filiam,

Tt vxorem